



Virtutis Solidæ Præcipua Impedimenta, Subsidia, Et Incitamenta

Commentationibus Illustrata, Omnium Usui Aptatis. Quæ Servire Insuper
Poterunt Pro Argumento Concionum: Uti Et Considerationum Tempore
Exercitiorum; præsertim verò pro gemino sacræ collectionis triduo; prout
ex subjectis hunc in finem elenchis patet. [...] Partes Tres

Impedimenta

Bellecius, Aloysius

Ratisbonæ [u.a.], 1755

Index Thematum pro Concionibus ordine alphabeti.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55524)



INDEX

Thematum pro Concio- nibus ordine alphabeti.

QUamvis prior jam elenchus plurima suppeditet argumenta formandis concionibus apta, ut ex ipsa paragraphorum divisione, sat clarè elucet; tamen cum non pauca adhuc alia in præsentì volumine contineantur ejusmodi themata, eadem in ordinem alphabeti redacta, junctim conspectui subicere placuit, ut Lectori eò distinctiùs innotescat, quid materiæ in hoc opere pertractetur. Primus numerus denotat *partem*, alter partis *caput*, tertius capitis *paragraphum*, quartus paragraphi *numerum*.

A.

De affectione menti dominante.

- I. **A**ffectio menti dominans est hostis 1. generalis, 2. subdolosus & pertinax; 3. & tamen amatus. *Part. I. Cap. IV. §. I. pag. 153. & seq.*
- II. Ejus nocendi vis est universalis 1. quia non est hominum conditio, quam non infestet. 2. quia non est locus adeò sanctus, quò non irrepat. 3. quia nullum est noxæ aut calamitatis genus, cujus causa non sit & scaturigo. *Part. I. Cap. IV. §. I. Num. I. pag. 153. & seq.*
- III. Proprius illi character est, 1. ubique se insinuare. 2. semper primas tenere. 3. præ aliis foveri. *Part. I. Cap. IV. §. II. Num. V. pag. 176.*
- IV. Duo præprimis circa eam sunt observanda, 1. colores, quibus depingitur: 2. industriæ, quibus detegitur. *Part. I. Cap. IV. §. II. pag.*

INDEX.

pag. 169. & 176. Item pag.
171. & seq.

V. Tria potissimum ejus curationi
obsunt, 1. ignorantia mali, 2.
desperatio curæ, 3. neglectus
aptiorum remediorum. *Part. I.*
Cap. IV. §. III. pag. 183. & seq.

VI. Quatuor præcipuè sunt ejus do-
mandæ remedia, 1. velox ejus-
dem mox sub initium coërcitio:
2. occasionum, quibus effer-
vescere solet, cauta provisio: 3.
pugnæ cum fortiori hoste in-
choatio: 4. fomentorum nega-
tio. *Part. I. Cap. IV. §. III.*
Num. III. pag. 190. & seq.

De amore divino.

I. **A** Morem DEI erga nos esse sum-
mum, patet 1. ex donis, quæ
dat: 2. ex modo, quo dat.
Part. III. Cap. IV. §. II. Num. I.
pag. 250. 258. & 262.

II. Amans nostri DEUS dat nobis 1.
non solum sua, 2. sed etiam se,
3. & quidem integrè. *Part. III.*

* 2 *

Cap.

INDEX.

- Cap. IV. §. II. Num. I. pag. 250.
258. & 262.*
- III. Amat nos suprema illa Mens amo-
re 1. æterno, 2. infinito, 3. gra-
tuito. *Part. III. Cap. IV. §. II.
Num. I. pag. 262.*
- IV. Amor DEI erga nos est summè
beneficus; cùm nobis det 1.
terram ad usum, 2. angelos ad
custodiam, 3. gratiam ad me-
ritum, 4. cœlum in præmium.
quæ res inter creatas quatuor
præcipua bonorum genera sunt.
*Part. III. Cap. IV. §. II. Num. I.
pag. 251. 253. 255. & 256.*
- V. Amandum à nobis vicissim esse
DEUM, adeoque cor nostrum
integrè ei donandum esse, tres
evincunt rationes; 1. quia etiam
ille se totum nobis donat. 2.
quia etiam Christus se totum
nobis dedit. 3. quia etiam to-
tum dando, parum damus.
*Part. III. Cap. IV. §. II. pag. 250.
267. & 276.*

VI. Ne

INDEX.

VI. Ne in amoris divini exercitio torpeamus, vel decipiamur, sedulo perpendenda sunt 1. summa ejus præstantia, 2. genuina ejus indicia. *Part. III. Cap. IV. §. III. Num. I. pag. 284. & 286.*

VII. Ut amoris proprii technas evitare & velis, & scias, 1. sæpe considerata est ejus malitia: 2. diligenter recolenda sunt ejus signa. *Part. III. Cap. IV. §. III. Num. II. pag. 302. & 304.*

De actionum quotidianarum perfectione.

Vide literam Q. de quotidianis actionibus.

B.

De beatitate animi solidè pii.

I. **B**eatitas solidè piorum in hoc adhuc mundo est summa 1. ob charismata, queis gaudent: 2. ob solatia, queis abundant: 3. ob providentiam, qua singulariter proteguntur, foventur,
* 3 *
regun-

INDEX.

- reguntur. *Part. III. Cap. III. §. I.*
pag. 120. 130. & 139.
- II. Eorundem beatitudo erit pariter
eminens in cœlis 1. ob felici-
tatis plenitudinem, 2. ob æter-
nitatis certitudinem. *Part. III.*
Cap. V. §. I. & II. pag. 343. & 366.
- III. Solidè pii in hac adhuc vita qua-
tuor gloriosorum corporum
dotibus morali quodam modo
beantur, nempe 1. intellectûs
claritate, 2. voluntatis *agilitate*,
3. memoriæ *subtilitate*, 4. men-
tis *impassibilitate*. *Part. III. Cap.*
III. §. I. Num. I. pag. 123. & seq.

De Beneficentia.

Vide A. de amore divino the-
ma II. & IV.

C.

De Christo.

1. **C**Hristum in cruce amor nostrî
spoliat 1. per paupertatem
propriis vestibus, 2. per con-
temptum omni honore, 3. per
dolorem ipsa etiam vita. quæ
tria

INDEX.

- tria charissima homini & pretiosissima bonorum genera sunt. *Part. III. Cap. IV. §. II. Num. II. pag. 267. 270. & 271.*
- II. Christus se totum nobis dedit 1. in cruce, 2. in Eucharistia. *Part. III. Cap. IV. §. II. Num. II. pag. 267. & 274.*
- III. Christi è ligno penduli aspectus in ultimo agone 1. lenit dolores corporis: 2. auget fiduciam animæ. *Part. III. Cap. III. §. II. Num. II. pag. 171. 174.*
- IV. Christi exemplum 1. est potens virtutis solidæ incitamentum, 2. magnum nostri pudoris argumentum. *Part. III. Cap. I. §. I. Num. II. pag. 17. item Part. III. Cap. IV. §. I. Num. II. pag. 240 & seq.*

De cælo.

- I. **M**erces sanctorum tam pretiosa est, quòd non potest estimari: tam magna est, quòd non potest mensurari: tam copiosa est, quòd non potest finire. ita Bernardus lib. de

4

consi-

INDEX.

considerat. 1. non potest *estimari* ob suam excellentiam. 2. non potest *mensurari* ob suam plenitudinem. 3. non potest *finiri* ob suam æternitatem. *Part. III. Cap. V. §. 1. & II. pag. 334. & 343. 360.*

II. In coelis erit nobis *DEUS omnia in omnibus.* 1. *Cor. 15. v. 28.* 1. erit nobis *omnia* per gloriæ sublimitatem : gaudii plenitudinem : æternitatis certitudinem ; 2. & quidem *in omnibus* animæ facultatibus : corporis sensibus : non obstante Beatorum copia & gloriæ differentia. *Part. III. Cap. V. §. 1. & II. pag. 334. 343. 366. item 344. & 355.*

III. *DEUS* in coelis erit *rationi plenitudo lucis* : *voluntati plenitudo pacis* : *memoria plenitudo consolationis.* Bernardus *Serm. 11. in Cant. 1.* erit rationi seu intellectui *plenitudo lucis* ob visionis intuitivæ claritatem. 2. *voluntati erit plenitudo pacis* ob amoris

INDEX.

ris beatifici dulcedinem. 3. memoria erit plenitudo consolationis ob acceptorum in vita favorum recordationem. *Part. III. Cap. V. §. 1. Num. II. pag. 347. 350. 344.*

IV. Coeli gaudia sunt infinita 1. ob infinitudinem malorum, quæ excludunt: 2. ob infinitatem bonorum, quæ includunt. *Part. III. Cap. V. §. 1. Num. 1. pag. 340. & seq.*

V. Coeli gaudia sunt immensa: sunt æterna. ergo 1. fugiendum, quidquid abducit à coelo. 2. ergo agendum, quidquid conducit ad cœlum. 3. ergo patendum, quidquid auget gloriam cœli. *Part. III. Cap. V. §. III. pag. 375. 383. 396.*

De collectione animi.

I. Collectio mentis est absconditus ille thesaurus à Christo tantopere laudatus. nam 1. servat à variis defectibus & tædiis. 2. est perfectissimum acquirenda

* 5 *

da

INDEX.

da perfectionis adjumentum.
3. est scaturigo excellentium
gratiarum. 4. denique est ter-
restre quoddam coelum. *Part.* ll.
Cap. ll. §. l. pag. 115. 124.
& 129.

II. Collectionem internam tria po-
tissimum impediunt 1. nimia
negotiorum multitudo, 2. ni-
mium præceptis in iis explendis
activitas, 3. nimis anxia de eo-
rum successu sollicitudo. *Part.*
ll. *Cap.* ll. §. ll. *Num.* ll. pag.
173. & seq.

Vide D. dissipatio mentis.

III. Collectionis triduanæ 1. ingens est
fructus, 2. facilis methodus.
Part. ll. *Cap.* VI. §. ll. pag. 327.
& §. ll. *Num.* ll. pag. 342.

Vide T. Triduum sacrum.

D.

De dissipatione mentis.

I. **Q**uatuor sunt dissipationis ma-
la eò terribiora, quò mi-
nùs formidata nempe 1. ejectio
ex

INDEX.

ex sinu specialis providentiæ
DEI: *mittetur foras.* 2. Intima
depascens ariditas mentis: *are-*
scet. 3. summa ineptitudo ad
procurandam aliorum salutem:
in ignem mittent. 4. multiplex
hujus mali castigatio: *& ardet.*
Joan. 15. v. 6. Part. II. Cap. III.
§. II. pag. 138. 143. & seq.

- II. Tria sunt hujus mali antidota 1.
cura silentii per custodiam cu-
biculi, 2. fuga occupationum
nimis dissipantium, 3. frequens
exercitium præsentiaæ DEI. *Part.*
II. Cap. III. §. III. pag. 156. & seq.

E.

De Eucharistia.

- I. **E**jus excellentia est summa 1. ob
personam, quæ latet: 2. ob
modum, quo latet: 3. ob finem,
cur latet. *Part. II. Cap. IV. §. I.*
pag. 197. & seq.
- II. Eucharistia 1. est thronus gratiaæ
piis: 2. tribunal justitiæ tepidis.
Part. II.

INDEX.

Part. II. Cap. IV. §. II. pag. 202.
& 209.

III. Summus est Christi Eucharistici
erga nos amor; 1. quia se totum,
2. omnibus, 3. semper
& ubique dat. *Part. II. Cap. IV.*
§. III. pag. 215.

Vide S. Sacrificium.

De examine particulari.

I. **E**Xaminis particularis 1. summa
est præstantia, 2. ingens uti-
litas. *Part. II. Cap. V. §. I. pag.*
284. & seq.

II. Est remedium efficacissimum, 1.
eradicandi vitia, 2. implantan-
di virtutes. *Part. II. Cap. V. §. I.*
pag. 284. 291.

III. Plurimum conducit ad acquiren-
dum triplicem thesaurum, nem-
pe 1. cognitionem sui, 2. æsti-
mationem DEI, 3. puritatem
animi. *Part. II. Cap. V. §. I.*
Num. II. pag. 291. 294. & seq.

IV. Hujus examinis 1. materia, 2. or-
do seu modus sunt gemina vitæ
spiri-

INDEX.

spiritalis arcana. *Part. II. Cap. V.*
§. II. pag. 300. & 309.

V. In hoc singulari conflictu tria præcipuè sunt perpendenda, 1. qualis hostis, 2. quanto tempore, 3. quibus auxiliis sit oppugnandus. *Part. II. Cap. V. §. II. Num. II.* pag. 302. 305. 307.

VI. Ejus praxis tres industrias complectitur, 1. propositum manè renovandum, 2. vigilantiam interdiu adhibendam, 3. examen bis instituendum. *Part. II. Cap. V. §. II. Num. III.* pag. 309. & seq.

F.

De fide.

Hodie quidem si de mysterio fidei interrogas, omnes ferme invenies Christianissimos; si conscientiam discutias, paucos admodum invenies verè christianos. ita sentit Guericus Abbas *Serm. 4. de Epiphania*; & verissimè, nam 1. nihil quidem communius fide; 2. nihil tamen rarius viva fide.
Part. III.

INDEX.

- Part. III. Cap. 1. §. II. Num. 1. & II. pag. 25. & 37.*
- II. Ejus acquirendæ remedia sunt sequentia, 1. fervens illius petitio, 2. practicarum veritatum crebra exercitatio, 3. rebellium appetituum constans coërcitio. *Part. III. Cap. 1. §. III. Num. II. pag. 56. & seq.*
- III. Mortua fides nostra olim in judicio 1. erit argumentum nostræ accusationis. 2. erit causa nostræ damnationis. *Part. III. Cap. 1. §. II. Num. II. pag. 37. & seq.*
- IV. Languidæ fidei nostræ gemina est causa, 1. obscuritas intellectû ob illustrationis negationem: 2. perversitas voluntatis ob appetituum rebellionem. *Part. III. Cap. 1. §. III. Num. I. pag. 45. & 50.*

G.

De gratia.

- I. **E**Jus subtractio est pœna 1. terribilissima, 2. justissima, 3. ordinaria. *Part. I. Cap. III. §. II. pag. 128. & seq.*

II. Gratia-

INDEX.

1. II. Gratiarum abusum tria potissimum aggravant 1. earum necessitas, 2. dignitas, 3. copia. *Part. 1. Cap. III. §. 1. pag. 117. & seq.*

III. Divinis instinctibus auscultandum est 1. promptè, 2. generosè, 3. constanter. *Part. 1. Cap. III. §. III. Num. II. pag. 144.*

H.

De hominum judiciis.

I. **H**ominum judicia sunt contemnenda; 1. quia sunt mortales nobis æquales, 2. erroribus obnoxii, 3. in horas mutabiles, 4. vitiosi. *Part. 1. Cap. V. §. IV. Num. 1. pag. 221. & seq.*

II. Velle omnibus placere, 1. est impossibile, 2. ridiculum. *Part. 1. Cap. V. §. IV. Num. 1. pag. 230. & 232.*

I. De

INDEX.

I.

De inconstantia.

I. **Q**uæ inconstantia affert dispendia, sunt terribilia; nam 1. inconstantem omni etiam priori merito privat. 2. ad damnationem disponit. 3. ejus laborem in via virtutis auget. 4. omnium ludibrio exponit. *Part. III. Cap. VI. §. II. pag. 414. 420. 421. 425.*

II. Hujus mali remedia præcipuè sunt tria, 1. incitamentorum virtutis crebra consideratio, 2. cum DEO Eucharistico assidua communicatio, 3. difficultatum sagax provisio & efficax contemptus. *Part. III. Cap. VI. §. III. pag. 429. 433. 435.*

Vide P. Perseverantia.

De judicii particularis rigore.

I. **I**S erit summus 1. ob prævium in obitu angorem, 2. ob rigidissimum Judicis examen, 3. ob gravissi-

INDEX.

gravissimam testium authoritatem, 4. denique ob irrevocabilis sententiæ severitatem. *Part. III. Cap. II. §. I. pag. 65. 69. 78. 81.*

II. Metuendus est iudicii illius rigor
1. ob potentissimam Iudicis maiestatem, 2. ob faciendam nobis exprobrationem, 3. ob intentandam nobis damnationem. *Part. I. Cap. V. §. IV. Num. II. pag. 235. 237. 240.*

III. Is mitigari potest sequentibus ; 1. si quodlibet opus peragas, quasi de eo mox iudicandus. 2. si in sacro tribunali teipsum rite accuses. 3. si præmissa satisfactio-
ne, divinam Nemesein placare studeas. *Part. III. Cap. II. §. III. Num. I. pag. 107. 109. & III.*

De iudiciis hominum.

Vide H. de hominum iudiciis.

INDEX.

L.

De labore in via virtutis.

I. **L**abores pro virtute & cœlo exantlandi sunt modici & faciles, 1. si spectentur in se; 2. si conferantur cum iis, quæ pro mundo tolerantur, molestiis; 3. si comparentur cum æterna, qua coronantur, gloria. *Part. III. Cap. V. §. III. Num. II. pag. 386. 388. 385.*

II. Labor in reprimendis appetitibus subeundus minuitur 1. mali notitia, 2. in DEUM fiducia, 3. pugnandi peritia. *Part. I. Cap. IV. §. III. Num. I. II. & III. pag. 183. 186. & 190.*

De lectione spirituali.

I. **L**ibri pii 1. quare, 2. quales, 3. quomodo legendi sint? *Part. I. Cap. II. §. III. Num. II. pag. 106. 108. 110.*

II. Lectioni spirituali vacandum est 1. attentè, 2. religiosè, 3. constanter. *ibidem. pag. 110.*

De

INDEX.

De lingua.

I. **UT** quis ponat custodiam orī suo,
& ostium circumstantia labiis
suis, *Pf. 140. v. 3.* 1. saepe con-
sideranda sunt loquacitatis dam-
na. 2. diligenter adhibenda sunt
ejusdem remedia. *Part. II. Cap.*
III. §. III. Num. 1. pag. 156.
& 166. & seq.

II. Tria præcipuè sunt circa loque-
lam observanda, 1. tempus, 2.
materia, 3. Modus. *Part. II.*
Cap. III. §. III. Num. 1. pag. 167.

M.

De morte.

I. **SI** dormieris, (ait Salomon, allo-
quens justum) *si dormieris,*
non timebis: quiesces, & suavis
erit somnus tuus. Prov. 3. v. 24.
Quibus verbis Sapientissimus re-
gum denotat, piæ animæ tran-
situm 1. fore tranquillum: *qui-*
esces. 2. jucundum: *suavis erit.*
3. securum: *non timebis.* *Part.*
** 2 ** *III. Cap.*

I N D E X.

III. Cap. III. §. II. pag. 151.
160. 177.

II. Teste Bernardo *Epist.* 105. *mors*
justi erit bona, melior, optima:
I. *bona propter requiem, 2. me-*
lior propter suavitatem, 3. optima
propter securitatem; propter re-
quiem à laboribus prateritis;
propter suavitatem solatii præ-
sentis; propter securitatem à
cruciatibus futuris. Part. III.
Cap. III. §. II. pag. 151. & seq.

III. *Mors justis erit placidissima, quia*
libera à timore 1. mortis, 2. ju-
dicii, 3. purgatorii. Part. III.
Cap. III. §. II. Num. III. pag. 177.
182. & 186.

IV. *Timentis Dominum bene erit in ex-*
tremis. Eccl. I. v. 13. illud au-
tem, quo tunc diffluet, sola-
tium ex triplici potissimum fon-
te scaturiet, 1. ex testimonio
bonæ conscientiae, 2. ex vacuo
creatis affectionibus animo, 3.
ex aspectu Christi è cruce pen-
duli. Part. III. Cap. III. §. II.
Num. II. pag. 160. 166. & 170.

V. Aspe-

INDEX.

V. Aspectus Christi è cruce penduli
sub mortem 1. lenit dolores
corporis. 2. auget fiduciam ani-
mæ. *Part. III. Cap. III. §. II.*
Num. II. pag. 171. & 173.

N.

De naturæ indole.

I. **N**aturæ indoles, qualiscunque
ea sit, acquirendæ sanctitati
1. non est impedimentum; 2.
sed potiùs adjumentum. *Part.*
III. Cap. III. §. III. Num. I. pag.
195. & 203.

II. Naturæ motus 1. quid sint? 2.
quomodo discernantur? *Part. I.*
Cap. IV. §. II. pag. 169. & 171.

O.

De oratione.

I. **O**ratio tepida 1. moratur pro-
gressum in virtute: 2. impe-
dit fructum animarum: 3. in-
ducit periculum proximum pec-
candi graviter, & excidendi vo-

* 3 *

catio-

I N D E X.

oratione. *Part. II. Cap. II. §. I.*
pag. 46. 50. & 55.

II. Oratio fervens 1. fugat mala :
2. accumulatur bona : 3. perficit
animas virtutum copia, & cha-
rismatum excellentia. *Part. II.*
Cap. II. §. II. pag. 62. 67. & 74.

III. Orationis impedimenta sunt se-
quentia, 1. neglectus debitæ
preparationis, 2. nimia in dis-
cursu mora, 3. defectus pro-
positi ad præsentem animæ sta-
tum directi. *Part. II. Cap. II. §.*
III. Num. I. pag. 84. 87. & 89.

IV. Ejus adjumenta sunt 1. sedulus præ-
ludiorum usus, 2. prompta in
discurrendo habilitas, 3. parata
methodus varios virtutum actus
exercendi. *Part. II. Cap. II. §. III.*
Num. II. pag. 96. 98. & 103.

V. Orationis dotes sunt hæ; 1. præ-
ludiorum compositio sit brevis
& clara. 2. intellectus operatio
sit moderata, simplex, nec ni-
mis prolixa. 3. affectus omnes
ad firmandum, quod conce-
pimus,

INDEX.

pimus, propositum collineent.
Part. II. Cap. II. §. III. Num. II.
pag. 97. 101. & 104.

VI. Affectuum sub oratione elicien-
dorum 1. utilitas, 2. analysis.
Part. II. Cap. II. §. II. Num. III.
pag. 74. & seq. item §. III. *Num.*
III. pag. 106.

De operibus quotidianis.

Vide Q. quotidianæ actiones.

P.

De passione prædominante.

Vide A. affectio dominans.

De peccato veniali.

I. **E**jus malitia est enormis; 1. quia
post lethale est malum in or-
be maximum. 2. quia DEUS
incredibili illud odio averfatur.
3. quia nulla pura creatura con-
digna illud satisfactione expia-
re potest. 4. quia etiam est cau-
sa cruciatuum & mortis Christi.
Part. I. Cap. I. §. I. pag. 9. 13.
17. 21.

* 4 *

II. Ejus

INDEX.

- II. Ejus sequelæ & effectus sunt terribiles. nam 1. actus virtutum corrumpit. 2. charitatis fervorem diminuit. 3. aliquo modo animam separat à DEO, eamque turpiter foëdat. 4. ad lethalem noxam disponit. *Part. 1. Cap. 1. §. II. pag. 26. 32. 35. 39.*
- III. Ejus poenæ sunt gravissimæ 1. tum in hoc, 2. tum in altero orbe. *Part. 1. Cap. 1. §. III. pag. 45. 56.*
- IV. Ejus gravitas elucet 1. ex qualitate poenæ, qua plectitur: 2. ex dignitate personæ, quæ plectitur. 3. ex æquitate Judicis, qui plectit. *Part. 1. Cap. 1. §. III. Num. 1. & II. pag. 56. item 52. & 45. item 60.*
- V. Ejus vitandi remedia sunt quatuor, 1. firmum propositum, 2. assidua vigilantia, 3. prompta repugnantia, 4. junctus charitati orationis fervor. *Part. 1. Cap. 1. §. IV. Num. II. pag. 66. 69. 73. 75.*

INDEX.

De perseverantia.

- I. **P**erseverantiæ decora sunt prorsus excellentia. nam 1. constantes aliqua ratione assimilant Beatis ipsique DEO. 2. firmam spem tribuit perseverantiæ finalis. 3. virtutes reliquas perficit, & coronat. 4. ipsa est singularis virtus, & redemptionis nostræ consummatio. *Part. III. Cap. VI. §. I. pag. 405. 406. 410. 412.*
- II. Duo præcipua, quæ eidem efficiunt, obstacula sunt; nempe 1. operis arduitas, 2. temporis diuturnitas. quorum tamen neutrum inconstantia labem abstergit. *Part. III. Cap. VI. §. III. Num. III. pag. 435. & 437.*

De presentia DEI.

- I. **O**blivionis DEI 1. est summa indignitas: 2. ejus pellendæ est magna facilitas. *Part. II. Cap. III. §. III. Num. III. pag. 184. & 188.*

* 5 *

II. Exer-

INDEX.

- II. Exercitium præsentiaë DEI consistit
I. in crebra fide, 2. in frequen-
ti amore præsentis DEI. *Part. II.*
Cap. III. §. III. Num. III. pag. 188.
& 190.

De purgatorio.

- I. **P**urgatorii poenæ sunt I. nume-
ro plurimæ, 2. acerbitate ma-
ximæ, 3. diuturnitate longissi-
mæ. *Part. I. Cap. I. §. III. Num.*
II. pag. 56. & seq.
- II. Duæ potissimùm circumstantiaë il-
lius rigorem exaggerant, I. ani-
marum, quæ castigantur, dig-
nitas: 2. defectuum, ob quos
puniuntur, non rarò levitas.
Part. I. Cap. I. §. III. Num. II.
pag. 59. & seq.

Q.

De quotidianis actionibus.

- I. **Q**uotidianas actiones minùs
perfectè obeuntem manet I.
mors tristior, 2. iudicium re-
gidius, 3. purgatorium acerbius
&

INDEX.

& diuturnius. *Part. II. Cap. I.*
§. II. pag. 16. 20. & 25.

II. Detrimenta, quæ opera malè per-
acta sequuntur, præcipuè tria
numerantur, nempe 1. amissio
innumerabilium graduum tum
gratiæ tum gloriæ, 2. jactu-
ra plurimorum bonorum aliàs
procurandorum, 3. desperatio
perfectionis. *Part. II. Cap. I. §. I.*
pag. 5. 10. & 14.

III. Ut operationes quotidianæ pera-
gantur perfectè, requiritur, ut
perficiantur 1. purè, 2. ferven-
ter, 3. integrè, 4. præscripto
tempore. *Part. II. Cap. I. §. III.*
Num. I. pag. 31. & seq.

IV. Subsidia eas bene obeundi sunt se-
quentia, 1. selecta methodus,
2. subjunctum examen, 3. pia
persuasio, præsentem esse ulti-
mam vitæ, 4. nec nisi hanc fan-
ctè peragendam esse. *Part. II.*
Cap. I. §. III. Num. II. pag. 38.
& seq.

R. De

INDEX

R.

De respectu humano.

I. Summa est respectus humani stulticia; 1. quia præhabet lucrum auro. 2. quia eligit malum majus, ut vitet minus. *Part. I. Cap. V. §. I. pag. 199. 201.*

II. Immanis est ejus tyrannis; 1. quia privat libertate, 2. habita estimatione, 3. innumerisque cœli bonis. *Part. I. Cap. V. §. II. pag. 203. 205.*

III. Enormis est ejus impietas; 1. quia est ingens vilipensio Numinis, 2. quadam species idololatriæ, 3. origo ruinæ gentis humanæ, 4. causa adeò cruentæ mortis Christi. *Part. I. Cap. V. §. III. pag. 207. 212. 214. 216.*

IV. Gemina sunt efficaciora respectus humani antidota, 1. judicii humani contemptus, 2. judicii divini metus. *Part. I. Cap. V. §. IV. pag. 221. & 235.*

Vide H. hominum judicia.

S. De

INDEX.

S.

De Sacerdotibus & missæ

Sacrificio.

I. SACERDOTIS dignitas est eminentis;
1. quia potestatis celsitate superat angelos ipsamque B. Virginem. 2. quia est alter Christus, 3. & quasi quidam terræ DEUS. *Part. II. Cap. IV. §. IV. Num. II. pag. 233. & seq.*

II. Summa est hujus sacrificii præstantia, 1. ob dignitatem personæ, à qua offertur: 2. ob sanctitatem hostiæ, quæ immolatur: 3. ob majestatem illius, cui sacrificatur: 4. ob sublimitatem modi, quo ea litatur: 5. ob excellentiam finis, ob quem offertur. *Part. II. Cap. IV. §. IV. Num. I. pag. 229. & seq.*

III. Cùm summa sit sacrificii hujus præstantia, & eminentis sacerdotum dignitas; ergo tepidè sacrificare, 1. res est horrore plenissima, 2. gravi poena dignissima.

INDEX.

ma. *Part. II. Cap. IV. §. IV. Num. III. pag. 236. & 242.*

IV. Piè sacrificandi ratio quatuor complectitur, 1. attentionem mentis, 2. fervorem cordis, 3. congruam moram temporis, 4. singularem denique puritatem animæ, ejusque sejunctionem à cunctis rebus creatis. *Part. II. Cap. IV. §. V. pag. 250. 254. 260. & 275.*

V. Congrua temporis mora tres potissimum actiones afficit, 1. præparationem, 2. ipsam sacrificacionem, 3. gratiarum actionem. *Part. II. Cap. IV. §. V. Num. III. pag. 260. 263. & 270.*

De sanctitate.

I. **S**ANCTITATI acquirendæ omni conatu est incumbendum; 1. quia DEUS vult, nos fieri sanctos: 2. quia DEUS meretur, nos fieri sanctos. *Part. III. Cap. IV. §. I. & II. pag. 223. & 250.*

II. Utc

INDEX.

- II. Ut sancti simus, pleno jure à nobis exigit 1. liberalitas DEI, 2. charitas Christi. *Part. III. Cap. IV. §. II. pag. 250. & 267.*
- III. Probabile est, dari aliquos, qui, nisi fiant sancti, erunt reprobi. 2. probabile est, ex horum numero te esse. *Part. III. Cap. II. §. II. pag. 84. & 98.*
- IV. Etiam mundani esse sancti 1. possunt: 2. debent. *Part. III. Cap. III. §. III. Num. II. pag. 206. item Num. I. pag. 200, 208. 211. item Part. III. Cap. IV. §. I. Num. I. pag. 226.*

Vide V. virtus solida.

De silentio.

Vide L. lingua.

De somnolentia

seu socordia in surgendo.

- I. **Q**UANTOPERE fugienda hæc sit, patet exinde, 1. quia est peccatum, 2. & quidem vile, 3. valdeque noxium. *Part. I. Cap. §. VI.*

INDEX.

- VI. §. I. II. & III. pag. 250.
256. 258.
- II. Ejus remedia sunt hæc, I. prævia horæ, qua surgendum, determinatio: 2. velox & impigra manè surrectio: 3. spontanea tui, si somno cesseris, castigatio. *Part. I. Cap. VI. §. IV.* pag. 271. 273. 276.
- III. Sufficiens ratio protrahendi somni non est I. quævis infirmitas corporis, 2. aut gravedo capitis, 3. aut artuum sudor. *Part. I. Cap. VI. §. III. Num. IV.* pag. 263. & seq.

T.

De tepore.

1. **T**erribilis est tepidi conditio; nam I. est similis agro hominis pigri: vineæ viri stulti: ficulneæ sterili: sepulchro dealbato. 2. ejus vita est series continuorum defectuum. 3. in eo est, ut à DEO cum nausea evomatur.

INDEX.

matur. *Part. l. Cap. ll. §. l. pag.*
78. 80. 83.

ll. Tepor est morbus difficillimæ sanationis ob triplicem potissimum causam; 1. quia tepidus malum non agnoscit; proin nec curat. 2. quia ipsa, queis malum pelli posset, remedia enervat. 3. quia gratiis, quibus fervor accenditur, viam præcludit. *Part. l. Cap. ll. §. ll. Num. l. pag. 87. & seq.*

lll. Tepor duplex inducit summè noxium discrimen, 1. perdendæ per lethalem culpam gratiæ, 2. obeundæ mortis parum piæ. *Part. l. Cap. ll. §. ll. Num. ll. & lll. pag. 91. & 94.*

IV. Hujus mali 1. signa, 2. remedia nobis notissima sint, ut illis morbus dignoscatur; his verò curetur. *Part. l. Cap. ll. §. lll. pag. 100. & 103.*

De triduo sacro.

l. **T**Alis secessûs necessitatem esse summam, probat 1. præsens
*Pars l. ***** animæ*

INDEX.

animæ status, 2. obligationum neglectio, 3. gratiarum frustratio. *Part. II. Cap. VI. §. I. pag. 320. 322. & seq.*

- II. Talis secessus utilitatem esse maximam demonstrant 1. plurimæ per eam gratiæ tum nobis: 2. tum aliis obtinendæ; 3. nec non ingens olim solatium inde hauriendum. *Part. II. Cap. VI. §. II. pag. 327. 330. & 334.*
- III. Ad feliciorum ejus successum multum conducit, nosse, 1. quando sit instituenda. 2. quomodo transigenda. *Part. II. Cap. VI. §. III. pag. 337. & 342.*

V.

De virtute solida.

- I. **E**minentem ejus excellentiam esse se probat 1. iudicium DEI, 2. exemplum Christi. *Part. III. Cap. I. §. I. pag. 4. & 17.*
- II. Virtutem solidam DEUM à nobis exigere probant 1. sacræ Paginæ testimonia, 2. concessa in hunc finem
finem

INDEX.

finem subsidia. *Part. III. Cap. IV.*

§. I. pag. 223. & 236.

III. A sectanda virtute solida nos neque excusat 1. naturæ indoles, 2. nec vitæ conditio, 3. nec laboris arduitas. *Part. III. Cap. III. §. III. pag. 195. 206. & 214.*

IV. Nihil excellentius virtute; 2. & tamen nihil neglectius virtute. *Part. III. Cap. I. Num. I. & II. pag. 4. & 25.*

